

Paul Franz Romanus Johann Jacob Martini

Disputatio Iuridica De Varia Iniuriarum Coercitione

Lipsiae: Michael, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74743039X>

Druck Freier  Zugang





V. N. 2 (80.)

1. Mar
2. Mar
3. Mar
4. Mar
5. Mar
6. Mar
7. Mar
8. Mar
9. Mar
10. Mar
11. Mar
12. Mar
13. Mar
14. Mar
15. Mar
16. Mar
17. Mar
18. Mar
19. Mar
20. Mar
21. Mar
22. Mar
23. Mar
24. Mar
25. Mar
26. Mar
27. Mar
28. Mar
29. Mar
30. Mar
31. Mar
32. Mar

1. Mascoy de jure auspicii apud Romanos
2. Mascoy de primatibus metropolitanis et reliquis episcopis eccle-
siae germanicae.
3. Manbach de jure deceptorum.
4. Struv de officiis.
5. Struv de brachio saeculari.
6. Struv de jure socerorum.
7. Habermann de ratificatione.
8. Frommann de jure variandi.
9. Panoy de poena adulterii ejusque indulgentia.
10. D'Autel de matuo publico.
11. Bardili unus testis nullus testis.
12. G. Engelbrecht de dotatione virginum nobilium in Pomerania.
13. Styrmann de iniuriis seu comminationibus.
14. Mascoy de verbis generalibus.
15. P. Müller de bene merito.
16. P. Müller de nova causa.
17. Werner de poenitentia.
18. Glaeser de libero arbitrio secundum jus civile et canonicum
tam constituendo quam constituto.
19. Werner de auctionibus.
20. Both de resignatione domini judiciali.
21. P. Müller de evitacione majoris mali.
22. P. Müller de evitacione suspicionis.
23. Dynker de vi legis in praeteritum.
24. Mehlbaum de delictis imprimis de furtis.
25. Rühle iniquitatis accusata jurisprudentia.
26. Bechmann de actorum publicorum auctoritate.
27. Schwendendorffer de ultimis suppliciis.
28. Philippi jura circa cadavera humana.
29. P. Müller de praevocacione fati.
30. Bornius de eo quod justum est circa destinationem.
31. Meylius de contractu libellario.
32. Minck de exceptione inhabilitatis contra advocatum.

33. Röder de prohibita rerum ecclesiasticarum alienatione.
34. Matthias de denunciatione evangelica.
35. Strassf de obligatione patris familias in cuius aedibus incendium ortum.
36. P. Müller de praescriptione Saxonica.
37. Strycz de iure oblivionis.
38. Lyser de robbaria et vi bonorum raptorum.
39. Nylius de libris mercatorum.
40. Romanus de varia injuriarum coercionem.
41. Lincx de rubro nigro et albo.
42. Hahn de actionibus personatibus.
43. Brandt de legitima malefactorum et fugarum investigandi et convincendi ratione.
44. Ursinus de rationibus praefectarum. Quibuslibet.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
VARIA INJURIA-
RUM COERCITIONE,

Quam
SUPERIORUM PERMISSU,
IN
UNIVERSITATE LIPSIENSI,
PRÆSIDE

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo
DN. PAULO FRANCISCO ROMANO,
J. U. D. & P. P.

*Domino Patrono atq; Praeceptore suo et aetate
deveniendo*

eruditorum examini submittit.

JOHANN JACOB MARTINI Sondershufa
Schvartzburgicus
AUTOR

Die Maji 1675.

horis locoq;ve consvetis.

L I P S I Æ,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

104
DISPUTATIO JURIDICA
DE
VARIA INIURIA-
RUM COERCITIONE
Quam
SUPERIORUM PERMISSU
IN
UNIVERSITATE ERSIENSIS
PRÆSIDE
VIRI
Nobilissimi, Amplissimi & Consularissimi
FRANCISCO ROMANO
J. U. D. & P. R.
Domino Prætoris Præceptoris & aliorum
Præceptoris
eruditionum examini submittit
JOHANNES JACOBUS MARTINI Sondershals
Schwartzburgensis
AUCTOR
Die Vindictæ
homo locupletior
L I P S IÆ
CIVILIS CHRISTIANI MICH. BERTH.

JESU FAVENTE!

THESIS I.

Injuria dicta est ex eo, quod non Jure fiat. Omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur *l. i. ff. de injur. & princ. Inst. eod.* Accipitur vel GENERALITER, pro omni facto, quod nocetur, detrahiturque quid alteri temere immeritove; vel ut Imperator Justinianus *in pr. l. de injur.* ex Ulpiano in *d. l. i.* ait, pro omni, quod non jure fit: vel SPECIALITER. Et tunc iterum vel (1.) pro Contumelia, quam à contemnendo dictam asserunt. Seneca *de Constantia Sapient. c. 11.* Ulpianus *in d. l. i. pr. Imperator in d. pr. l. de injur.* Græci eam ὕβρις appellant. Melius autem à contumelio, ut quæ ab animo fastu turgenti fieri soleat: Unde contumelia in glossis, quæ sub Isidori nomine editæ sunt, contumelia exponitur, quæ acceptio hujus loci est. (2.) Pro Culpa, quam Græci ἀδικία vel rectius ἀνόμηνα, vocant, ut in Lege Aquilia damnum injuria datum accipitur. (3.) Pro iniquitate sive iniqua sententia, Judicis aut Prætoris *d. pr. & d. l. i. pr. ff. de injur.* quam Græci ἀνομίαν & ἀδικίαν dicunt. Nam si Judex aut Prætor iniquè sententiam dixit, Eum, qui sententiâ læsus, injuriam passum esse, dicimus: *l. si per. si. ff. de eviction.* Non obstante, quod apud JConsultum Paulum *in l. pen. ff. de just. & jure:* legimus, Prætorem quoque Jus reddere, cum iniquè decernit. Nam, ut ipse illud explicat, dicitur hoc relatione factâ non ad id, quod Prætor fecit, sed ad illud, quod facere Prætorem convenit, sive nomine relatô ad id, quod videtur, ut Vinnius loqui amat, *in pr. l. de injur.* non quod est, add. Anton. Fabr. *Jpr. Pap. tit. i. pr. 3.*

Th. II. Injuria est delictum, dolo malo in alterius Contumeliam admissum: Ajo DOLO ADMISSUM, quia absque eo & injuriandi animo

animo non committitur l. 3. §. 1. & arg. l. 4. ff. de injur. Præsumitur autē
is ex quolibet verbo factōve injurioso, ita, ut illum negans, istū abfu-
isse ostendere debeat. l. si non. §. C. de Injur. nisi forsitan conjuncta sit
persona, in qua emendandi ac corrigendi potius, quam injuriandi
animus præsumitur. L. sedet si §. §. fin. ibi: sed monendi & docendi
causa ff. ad L. Aquiliam l. 13. §. 4. ibi: injuriarum autem actionem com-
petere Julianus negat: quia non injuria faciendæ causa hoc fecerit, sed
præcipiendi ff. locat. l. 39. ff. de injur. aut sui natura probrosum non sit
arg. l. item apud Labeonē 15. §. §. 6. ff. eod. junct. l. 2. l. 23. ff. de probat.
l. 23. C. eod. l. 4. C. de edend. Removentur ergo doli incapaces, impu-
beres, mente capti, furiosi d. l. 3. §. 1. ubi Brunnemann n. 1. ff. de injur.
Dormientes, qui furiosis æquiparantur, c. 3. §. item queritur x. de
Baptism. nec peccare videntur, cum dolo careant. Welenbec. in pa-
rat. ff. de injur. n. 4. Non autem Ebrii vel Irati, nisi eos penitentia
mox sequatur, arg. l. 3. ff. de divort. l. 48. ff. de R. J. l. 1. n. §. 2. ff. de pen.
Mev. part. 3. decis. 358. multo minus Prodigii, ut perperam statuit
Trentl. disput. 30. th. 6. lit. a. Comparatur enim prodigus furioso l. 40.
ff. de R. J. quoad bona tantum, in quibus, quia furiosum facit exitum,
pro furioso habetur l. 12. §. fin. ff. de tut. & curat. dat. Ajo porro: IN
CONTUMELIAM ALTERIUS: quia nemo sibi ipsi injuriam face-
re potest. Aristot. 5. Eth. c. 15. imò nec alteri, volenti & consentienti l.
1. §. 5. ff. de injur. Infertur autem alicui injuria vel principaliter & im-
mediate, corpus ejus vel famam lædendo, vel per consequentiam &
mediate, liberos in potestate ejus existentes contumeliā affliciendo.
§. 2. l. de Injur. l. 1. §. 3. ff. eod. Item uxorem contemnendo propter
affectionem, quā illa ad ipsum pertinet. Ideo quæ si filio injuria facta
sit, & ipse filius agere poterit nomine proprio, & ejus Pater: Ita si Uxo-
ri, & Uxor ipsa & maritus & Pater Uxoris, in cujus potestate est, l. 1. §.
ult. ff. de injur. §. 2. ff. eod. Si marito facta est injuria, an & quando U-
xor agere possit? Vide apud Spechann. cent. 2. class. 3. quæst. 3. Setser.
in methodo explicat. hujusrit. in fin. Injuriam pater filio factam remit-
tere potest d. l. 17. §. 12. & 13. ibiq. Brunnemann ff. de injur. non tamen
in præjudicium filii: nec si talis sit, ob quam ex Lege Cornelia agitur
l. 5. §. illud 6. ff. eod. Filius verò etsi volens ludibrio sit habitus, patri
nihilominus injuria facta intelligitur l. 1. §. 5. ff. de injur. Ludvvel. Ex-
erc. 15. th. 6. lit. d. Henning. Wegner disp. Just. 14. th. 7. lit. d.

TH. III.

TH. III. Fit autem Injuria in uniuersum tribus modis, RE, VER-
BIS & SCRIPTO. RE fit injuria aut *in corpus* aut *extra corpus*. In
corpus, si id contumeliosè tractetur verberibus *l. 1. §. 1. ibi: re, quo-
ties manus inferuntur. l. 15. §. 1. ff. de injur.* Non tamen tenetur Judex,
qui aliquem conijcit in carcerem, & si injustè *l. 13. §. 2. ff. eod.* nisi
constet, eum id fecisse animò injuriandi *l. 23. ff. eod.* Menoch. *arbitr.*
jud. q. 2. lib. 2. q. 3. cas. 363. n. 3. Fachin. *g. controu. 57.* Brunnemann *ad*
d. l. 32. n. 1. ff. de injur. Undè si Magistratus advocatum còtra se pa-
tròcinantem in carcerem conijciat, vel Notarium, si ipsi mandata
insinuauerit, injuria istac per mandata sine clausula & pœnalia à su-
periore vindicanda est, Mevius *part. 1. dec. 155. & 156. per tot.* Extra
Corpus, cum quis citra corporis ipsius contumeliosam tractatio-
nem factò ipsò despicitur, veluti, si quis re suà & jure suo uti prohi-
beatur. *l. 25. ibi: injuriarum agere poterit. ff. de act. emi. l. 13. §. 7. ibi:*
Si quis rem ea uti non permittat: nam & hic injuriarum conveniri pot-
est. ff. de injur. ubi Brunnemann *n. 12.* Mev. *part. 4. dec. 207.* vel in con-
gregatione publica, aliquis superioris sessionem occupet *l. 13. §. 4. ff.*
de injur. vel honorem debitam neget, aut honoris titulum non tri-
buit *d. l. 13. §. 4.* Bartol. *ad l. 11. ff. eod.* Mevius *part. 5. dec. 259. per tot.*
vel lugubri aut squalidà veste in alterius contumeliam utatur, ge-
stumqve obscœnum, picturam aut statuam faciat, Lingvam exerat,
oculos distorqveat, manibus verbera minetur. *l. 15. §. 1. & §. 27. ff. de*
injur. Item, si quis vexandi causà aliquem in jus vocari curaverit.
d. l. 13. §. 3. ff. de injur. ubi Brunnemann. *n. 7. l. 15. §. si quis libello. 29.*
l. si creditor meus 19. ff. eod. ibidemqve Brunnemann. *n. 1. l. 5. in fin. ff.*
qui satisd. cogunt. l. 72. ff. de furt. l. 5. C. de jurisdicet. aut domum ab-
sentis debitoris signaverit sine Judicis autoritate *l. 20. ff. eod.* Item si
quis duobus digitis in modum cornuum formatis ad Adulteria Uxo-
ris convenientem designet; Cornutum vulgus appellat in certò ety-
mò, rectius corruca cum Latinis appellaveris: Nam teste Aristote-
le *6. de animal. c. 7.* Corruca avicula est, quæ cuculi ova pro suis fovet.
Item si quis Matrem familiàs aut prætextatam prætextatamve asse-
ctatus fuerit. *§. 1. l. de injur.* sive cujus pudicitia attentata esse dici-
tur. Assectari est frequenter sequi, quod nonnullam quasi præbet in-
famiam. Ulpian. *in l. 15. §. 22. ff. de injur.* ubi Brunnemann *n. 6. & ad*
l. 7. n. 11. ff. eod. Attentari verò alicujus pudicitia dicitur, cum id agi-
tur,

tur, ut expudico impudicus fiat, quod omnino injuriam infert, *l. 9. §. ult. ff. eod.* It. Si Virgini invitæ osculam infigatur, ut responsum, in Scabinatu Lipsiensi Anno 1624. mens. Aprilis. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. exercit. 48. th. 58.* item si quis Virginem diffamandi gratia crebro infectetur Speckhann *cent. 2. class. 3. qu. 11.* Denique RE fit injuria quocumque facto pudor alterius læditur. *d. l. 15. §. 27.*

TH. IV. VERBIS injuria infertur, quoties alicui quid obicitur moribus regionis probrosum, e. g. Lenocinium, falsum aut similia, imò & talia, quæ Jure Civili tantum probrosa sunt. Sed quid si alteri naturæ vitium obiciatur, puta quod sit gibbosus, luscus, cæcus, mendicus? Interpretes communi affirmant calculò, hoc esse injuriam, quia durum atque inhumanum est obicere, quod humano arbitrio & diligentia evitari nequit. Vid. Brunne mann. *ad l. 18. num. 7. ff. de injur.* Verum enim verò, quoniam hæc minor injuria est, quam veri magis, quam exequi possumus, nullâ animadversione videtur digna. vid. Anton. Matth. *ad l. 47. tit. 4. cap. 1. n. 3.* Præterea illud quod obicitur, neque natura neque Legibus probrosum est, & cum nulla injuria ei inferatur, cui crimen verum objecimus, quò de vide *l. 18. pr. ff. de injur.* & Dd. *ibid.* Brunne mann. *n. 1. & seqq.* adde Mev. *part. 3. dec. 357. & parte 5. dec. 390.* Carpzov. *lib. 2. Resp. 61. num. 6.* Gail. *lib. 2. Obs. 99.* Mynsinger. *cent. 4. obs. 4.* Vinn. *ad §. 1. n. 3. l. de injur.* Cur iste teneri deberet, qui nudo calvitiam, vel vitium oculi lusco objecit. Igitur simpliciter hæc talia pro injuriis habenda non sunt, sed tùm demùm, si Judex ex circumstantiis colligere potest, ea malâ intentione aliquem protulisse. Confer Dn. Præsidem *in notis ad Wessenecc. par. de injur. n. 7.* Deniq; LITERIS vel SCRIPTO fit injuria, quando in alius contumeliam liber, carmen vel inscriptio editur. *l. 5. §. 9. ff. de injur. l. un. C. de famos. libell.* Non tantùm si eâ finilibellus compositus sit, sed etsi libello aliâ de causa elaborato alter perstringatur, *arg. l. 15. & 37. ff. de injur.* imò etiam, si quis libellum inveniat, nec statim corrumpat *d. l. un. C. de famos. libell.*

TH. V. Hisce præsuppositis, pergimus ad variam Injuriarum coercionem, ostendendo eam ductu historico & stylo Imperii usitato. Alia namque irrogabatur olim ex LL. XII. Tabb. alia ex Edicto prætoris, alia ex L. Cornelia de injuriis, alia Scto, alia ex moribus, alia deniq; ex Constitutionibus Principum.

TH. VI.

TH. VI. Legibus XII. Tabb. triplex erat injuriarum coercitio. Prima namque ob membrum ruptum fuit TALIO sive poena TALIONIS. Ita enim Decemviri sancivere, quemadmodum ex Gellio advertimus *noct. Attic. lib. 20. c. 1. Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.* Quod ipsò Lex XII. Tabb. est imitatrix Legum Mosaicarum *Exod. 21. vers. 23. Levit. 22. Deuteron. 19. Joseph. antiquitat. 4. c. 6.* Nam Lex Mosaica oculum pro oculo, dentem pro dente postulabat. Hincque conijcere licet, Primos Legislatores, sive Græcos sive Latinos summâ cum curâ ac sedulitate legisse Hebræorum tabulas, inq; multis eas secutos esse. Confer Grot. in floribus sparsis ad *tit. ff. si quadrupes paup. fec. dic.* Nam & Pythagoras Legem Talionis probat, ideoque justitiam repassionem appellavit, si quis in se id patiatu[r], quod alteri fecit, ut est apud Aristot. *5. Eth. 5.* Adeoque poena Talionis omnium est vetustissima à prima universitatis gubernatione in Republica Mosaica inchoata, inque Ægyptiaca aliisque Provinciis tam Græcis quam Latinis frequentata. Ex Legibus autem XII. Tabb. ob membrum ruptum tum demum fuit Talio, si quando is, qui injuriam intulit, eam pacto sive paciscendo redimere noluit. Si quidem facultatem injuriam alteri illatam paciscendo redimendi habuit, nec habuit necesse talionem pati, nisi eam elegerit. Arnold. Vinn. *ad §. 7. n. 1. I. de injur.*

TH. VII. Deinde ex iisdem XII. Tabb. alia erat poena ossis fracti, nimirum nummaria XXV. assium constituta, ut & in alia qualibet reali & verbali injuria. Gell. *lib. 20. Noct. Attic. c. 1.* Alexander ab Alexandro *6. genial. c. 10. in fin.* Budæ. *ad l. 6. ff. de J. & J.* Alciat. *lib. 9. parerg. c. 8.* Rittersh. *ad §. 7. I. de injur.* Vinn. *ad d. §. 7. I. eod.* Ludvv. *ad d. §. 7. I. n. 1.* Utraque autem poena hæc exolevit. Nummaria antiquandæ causam dedit Lucius Veratius, vel, ut alii malunt, Neratius, homo pestilentissimæ improbitatis, qui delectatus fuisse dicitur, quoties os liberi hominis palmâ suâ percutere potuit. Eum autem sequebatur servus crumenam assibus repletam ferens, ut, quemcumque Dominus depalmasset, statim XXV. asses posset solvere. Quamquam itaque statutum illud veterum paupertati fuit maximè conveniens, crescentibus tamen opibus pronas ad aliorum contumeliam mentes coercere non potuit, sed potius ad eam exercendam ansam dedit. Vinn. *ad d. §. 7. I. de injur.* Deinde poena Talionis propterea fuit abrogata, tum quia tales injuriæ sæpius per imprudentiam & culpam

culpam inferuntur, ubi certè nimis durum & rigidum foret, statim
pœnam talionis adhibere; tùm quia in pœnis non solum facti, sed
etiam personæ conditio inspicitur, quem respectum Jus talionis
omnino tollit. Quàm enim perversus foret, qui eadem pœnâ affici-
endos statuerit Principi & plebejo pugnam ducentes, vel, qui mono-
culum visu aliquem privantem utriusque pariter oculi jacturam fe-
cisse diceret. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 20. n. 10.* & Bodin. *de*
Republ. lib. 6. cult.

TH. VIII. Tandem ex eadem L. XII. TABUL. ob libellum sive
carmen famosum pœna capitalis irrogata fuit, ut apparet ex loco
Ciceronis *lib. 4. de Republ.* quem citat Augustinus *2. de Civit. Dei c. 9.*
Nostra, inquit, *XII. Tabule*, cum per paucas res capite sanxissent, in his
hanc quoque sancendam putaverunt, si quis Carmen condidisset, quod in-
famiam faceret, flagitiumve alteri: Praclarè. *Judiciis enim ac Magistratuum*
disceptationibus legitimis propositam vitam, non pœtarum ingenitis,
habere debemus: nec probrum audire, nisi eâ lege, ut respondere liceat, &
judicio defendere. Vid. Cujac. *ad Paul. lib. 5. sent. 4. §. 6.* Harprecht
ad §. 7. I. de injur. n. 2. Rittershus. *ad d. §. 8. I. de injur. Vinn. ad §. 1.*
I. de injur. n. 6.

TH. IX. Ex Edicto Prætoris injuriarum coërcitio arbitraria facta
est, ita, ut permittatur illis, qui injuriam passi sunt, omnem injuriam
sibi illatam æstimare; veluti, *injuriam mihi factam centum aureis æsti-*
mo, ut Judex vel tanti Reum condemnet, quanti injuriam passus æ-
stimaverit, vel quandoque minoris, si fortè actor modum excessit,
prout ei æquum fuerit visum. Nam ut eleganter ac verè Salustius,
Nemini injuria sue parva videntur, plerique æquò gravius eas habuere.
Judex igitur à Prætoribus datus pro arbitrio suo pœnam moderabitur,
ex æquo & bono, & non modò quantitatem delicti attendet, sed eti-
am gradum dignitatis in personâ injuriam passi, & qualitatem ejus,
qui intulit, & alias attributiones sive circumstantias, quas scitè ex-
ponit Consultus *in l. 16. ff. de panis.* Æstimatio enim injuriarum pro
ratione personæ cui facta est, elationem submissionemve accipit,
§. 7. I. de injur. Idque in personâ servi quoque locum habere tradit
Justinianus *in d. §. 7.* Nimirum injuriam etiam servo factam pro
honestate aut vilitate muneris, cui à Domino est propositus, aut
vitæ morumque pluris aut minoris æstimari: majorem enim Domi-
no

no injuriam fieri intelligi in servo bonæ frugi, in dispensatore, quàm in malè noto, in mediastino aut qualiquali *l. 15. §. 44. ff. de injur.* Præterea etiam crescit, aut minuitur injuriæ æstimatio in persona ejus, qui contumeliàm fecit, ut quædam injuriæ, si à liberis hominibus fiant, videantur esse leves & nullius momenti, è contrario verò, si à servis & humilibus, graves atque atroces. *l. 17. §. 3. ff. de injur.* A deoq; hic verum est illud Terentii: *Duo cum faciunt idem non est idem.* Et hanc pœnam Prætoriam seu honorarium abolitâ L. XII. Tabular. receptam docet Paulus *lib. 5. sentent. tit. 4.* & in judiciis frequentari ait Imperator noster in *§. 7. I. de injur. vid. Carpzov. in prax. Crim. part. 2. qu. 95. per tot.* Fieri autem solet æstimatio & petitio à parte multifariàm. Aliquandò relatione facta ad damnum, quod potius voluisset tantam quantitatem de patrimonio suo amisisse, quàm talem injuriam passum esse Mev. *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 4. art. 3. n. 5.* Aliquandò respectu habitò ad lucrum, dicendo, se pro tot thaleris noluisse pati injuriam, quàm passus est: nam & talis libellus subsistit, nec ad priorem formulam adstringendus est actor. Schneidevv. *ad §. 7. I. de injur. n. 6. Carpz. in prax. Crim. p. 2. qu. 95. n. 7.* Aliquandò Actor nec ad lucrum, nec ad damnum se refert, sed simpliciter ait, se illam passum injuriam, quàm tanti æstinet, in illamq; quantitatem reum condemnari petit. Farinac. *part. 3. qu. 105. num. 41. Schneidevv. d. l. n. 6.* Pauperes singulari uti solent formulâ, ut cù injuriâ ita æstimari non possint, quod tantum de patrimonio noluisissent perdere, sic in libello ponunt, quod vellent tantum de patrimonio amittere, si haberent. Speculat. *lib. 4. part. 4. tit. de injur. §. 1. n. 7. Mev. ad Jus Lubec. d. tit. 4. art. 3. n. 6.* Quantitas autem & æstimatio in libello expressa vel per testes probanda est, id quod omninò licebit Mynsing. *cent. 1. obs. 84.* vel etiam per juramentum asserenda, quod, deficiente aliâ probatione, necessarium. Mev. *d. l. n. 13.*

Th. X. Prætorum Edictò postea accessit Lex Cornelia, à Luc. Cornelio Sylla Dictatore lata *l. 12. in fin. ibi: Item Cornelia Injuriarum servum non debere recipi reum, Cornelius Sylla auctor. ff. de accusat. quæ realis duntaxat injuriæ pœnam & quidem in tribus tantummodo casibus constituit, scilicet, quoties quis pulsatus, vel verberatus, vel domus ipsius vi introita esse dicitur l. 5. ff. de injur. §. 8. I. cod. Paulus. 5.*

B

sent. 4.

sent. 4. ubi ait hanc actionem constitui mixtò jure vid. Ludvvell. ad d. §. 8. I. eod. num. 3. Domus appellatione quid hic contineatur, explicatur in §. 8. I. b. & l. 5. §. 4. & §. 3. seqq. ff. eod. scilicet in quibus quis non momenti causa habitat, licet ibi domicilium non habeat, tantum enim ad meritoria vel stabula non pertinet d. l. 5. §. 5. ff. de injur. Et si autem actio pratoria ad omnes omninò injurias pertinebat, tam quæ manu l. 7. §. 1. & 2. ff. de injur. quam quæ Verbis fiunt, eam tamen non nisi civiliter instituere licebat. Ex lege autem Cornelia criminale judicium constitutum est; quamquam postea receptum, ut ex ea Lege civiliter quoque agi posset: l. 37. §. 1. ibi: etiam ex L. Cornelia injuriarum actio civiliter moveri potest. ff. de injur. Publicum fuisse judicium Cujacius in parat. C. b. & in not. ad Paulum h. tit. putat, quod etiam probat assertor ejus Borcholt ad d. §. 8. Vultejus, Hortensius & alii. Sed de eo meritò dubitari potest. Et obstat l. 7. & l. ult. C. de injur. ubi in genere de omni injuriæ causa traditur, eam non publici judicii, sed privati querelam continere. Et expressè actio hujus Legis Corneliæ in l. 42. §. 1. ff. de procurat. privata esse dicitur: Ludvvell. ad d. §. 8. n. 1. I. de injur. ideoq; nec inter publica judicia, vel in l. 1. ff. de publ. judic. vel in Tit. ult. I. de publ. Judic. numeratur. Nititur tamen Cujacius arg. l. 12. in fin. ff. de accusat. ubi sub titulo de accusationibus judicium hoc refertur: Sed respondet Vinnius in Com. ad §. d. 8. Inst. de injur. non statim exinde evinci, judicium illud publicum fuisse, executionemq; injuriæ, tanquam delicti publici, patuisse omnibus, quod est proprium Judiciorum publicorum. Adde quod etiam accusatio fit, cum ex privato delicto criminaliter agitur ad pœnam corporalem vel pecuniariam fisco inferendam. l. fin. ff. de furt. l. fin. ff. h. r. Ludvvell. ad d. §. 8. I. eod. n. 1. Hujus autem Legis Corneliæ pœna vulgò in incerto ponitur. Unde non nemo conjecturatur, eam pecuniariam fuisse, quia servum reum recipi Cornelius Sylla ea Lege prohibuit. Conf. Dn. Præsidem in not. ad Wesenbec. par. ff. de injur. n. 11. Alii verò majorem eam existimant, ut exilii, metalli aut operis publici, vel etiam graviolem, quam pratoria est, cum sæpè infamiam solummodò contineat. vid. Corad. Rittershuf. ad §. 8. I. de injur. in pr. & perpetua fit. Sutholt. diff. 16. Aphorism. 70. Mynsing. I. O. 87. Hahn ad Wesenb. de injur. n. 15. Arnold. Vinn.

ad

ad §. 12. n. 6. *I. de injur.* Eadem Lege Cornelia Auctor famosi Carminis instestabilis esse jubetur. *l. 5. §. 9. ff. de injur.* ubi Ulpianus scribit: *Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamsi alterius nomine ediderit, vel sine nomine, de ea re injuriarum agere licere, etsi condemnatus sit, qui id fecit, instestabilem ex lege esse juberi;* vid. Egvin. Barro. ad §. 8. *I. b. Ludvvell. ibid. n. 3.* Atque ita poena L. XII. Tabular. capitalis immutata fuit. Vinn. ad §. 1. *I. de injur. n. 6.*

TH. XI. Ex SCto quodam anonymo eadem coërcitio extensa est in eos, qui Epigrammata, aliudve quid etiam sine scriptura in notam aliorum prodixerunt; vel emendum vendendumve curarunt præmiò iis constitutò, qui ejus modi diffamantes deferrent, *d. l. 5. §. 10. ff. eod. & L. 6. ff. eod.* Et hæc poena olim erat extraordinaria. *Paul. lib. 5. sent. 4.*

TH. XII. Jure novissimo ex Constitutione Imp. Valentiniani & Valentis in *l. un. C. de famos. Libell.* poena XII. Tabular. Capitalis ob carmen famosum emissum, obsoleta restituta est, cujus sequentia verba sunt: *Si quis famosum libellum sive domi, sive in publico, vel quocumque loco ignarus repererit, aut corrumpat priusquam alter inveniatur, aut nulli confiteatur inventum. Si vero non statim easdem Chartulas vel corruperit, vel igne consumserit, sed vim earum manifestaverit, sciat se quasi auctorem hujusmodi delicti capitali sententiæ subjugandum. Sanè si quis devotionis suæ ac salutis publicæ custodiam gerit, nomen suum profiteatur, & quæ per famosum libellum prosequenda putaverit, ore proprio edicat, ita ut absque ulla trepidatione accedat, sciens quidem, quod si adseritionibus suis verifides fuerit opitulata, laudem maximam, & præmium à nostrâ clementia consequetur: Sin vero minimè hæc vera ostenderit, capitali poena plectetur: Hujusmodi autem libellus alterius opinionem non ledat. Cæterùm tum demùm poena capitis prædicta constitutione imponitur, si in libello capitale aliquod crimen ad creandum alicui periculum objectum fuerit. Tunc enim Talioni locus est, ut eadem animadversione coërceatur auctor, quæ coërceci meretur crimen, illud, quod in libello objicitur.* Vinn. ad §. 1. *I. de injur. num 8.* Brunne-
mann ad *d. l. un. num. 2. C. de famos. libell.* Aliàs verò mitiùs & poenâ extraordinariâ hoc genus petulantia vindicatur. Schneidvv. ad *d.*

§. 1. I. de injur. Heig. part. 2. qv. 31. num. 45. Berlich. part. 5. conclus. 67. num. 9. Consentit. Ordin. Crimin. Caroli V. art. 110. in verb. Derselbige böshafftige Lästere/ soll nach Erfindung solcher Uebelthat/ als die Rechte sagen/ mit der Pein/ in welche er den Unschuldigen/ Gesehmächten/ durch seine böse unwarhafftige Lästerschrift hat bringen wollen/ gestrafft werden. ubi Stephan. n. 3. Idem Jus Saxonicum servat, teste Carpz. in praxi crim. p. 2. qv. 98. n. 2. & seqq. Et probat Const. Elect. Augusti 44. part. 4. in verb. Wie die Schand- und famos-Schriften zu straffen/ ist in gemeinen Rechten und in der peinlichen Ordnung verfehrt/ ic. ic. juncto verf. bey diesen allen gemeinen Rechten lassen wir es nochmahls beweiden/ ic. Jus autem Canonicum hanc poenā mutavit in flagellationē rei atq; excommunicationem c. 1. & 3. c. 5. qv. 1. Vinn. ad d. §. 1. I. de injur. n. 8. Illud prætereā notandū, qvōd qvi in nostro imperio in alicujus Contumeliam ac famæ diminutionem aliquid scribit, pingit, typis excudit, aut divulgat, non solum poenæ loco exercitium artis suæ amittat, sed & adhuc arbitrariē coërceatur. Recess. Imp. zu Augspurg de anno 1530. und nachdem durch die unordentliche Druckerrey. Recess. Imper. Ratispon. de anno 1541. §. ferner haben wir. Ordinat. Polit. Franckofurt. de anno 1577. tit. von Buchdruckern/ Schmähschriften. Ordinatio Polit. de anno 1548. tit. von Schmähschriften. Berlich. part. 1. conclus. 67. n. 13. Coler. p. 1. dec. 154. num. 14. & seqq. Carpz. in prax. crimin. part. 2. quest. 98. num. 11.

Th. XIII. Est & alia coërcitio injuriæ ob actionem criminaliter intentatam criminalis extraordinaria, qvæ ex causa & persona statui solet. Scilicet ut servi qvidem flagellis casti Dominis suis restituantur: liberi verò homines humilioris qvidem loci fustibus subjiciantur: Cæteri autem vel exilio temporali vel interdictione certæ rei coërceantur l. De injuria. 45. ff. de injur. l. qvi injuriam 43. d. l. 15. §. idem act. 30. l. divus Severus 40. ff. eod. Harprecht. ad d. §. 10. n. 5. l. eod. Wefenbec. in par. ff. d. tit. num. 16. Carpz. in prax. crim. par. 2. qv. 94. num. 4. & 5.

Th. XIV. Moribus Imperii frequentatur nova forma vindicandi injurias, juri Civili incognita; qvâ agitur ad Palinodiam, qvæ aliàs recantatoria vocatur, à Recantando; seu revocatoria, à revocando; Germanicè die Klage auf einen Widerruf. Vid. Ordin. Cam. part. 2. cap. 28.

cap. 28. und sonderlich sollen 4. vers. Doch sollen die Sachen injuriarum an denen auf den Wiederruff. *Constit. Augusti Elect. Sax. 42 part. 4 vers.* einen öffentlichen Wiederruff für Gerichte zu thun schuldig seyn. *Ordin. Polit. Elect. Sax. Johannis Georgii II. tit. Von Injurien/schänden und Schmähen/ §. 2. vers.* daß ein ieglicher/ so sich dergleichen unterstehet/ und derhalben beflaget wird / dem beleidigten und geschmäheten Theil eine öffentliche Abbitte und Wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig seyn solle. *Myning cent. 2. obs. 98. Wurms. lib. 2. obs. tit. 4. 7. obs. 8. n. 1. & 2. Arnold. Vinn. ad §. 10. n. 1. I. de injur. Ant. Matth. ad ff. de injur. cap. 3. num. 7. Gail. lib. 1. obs. 65. Herm. Vultejus lib. 2. Jurispr. Roman. cap. 19. n. 53. Covarruv. lib. 1. var. resolut. cap. 11. n. 4. Berlich. part. 5. conclus. 62. num. 1. 2. & 3. Carpzov. in prax. crim. part. 2. qv. 94. n. 13 & 14. Brunnemann ad l. 21. n. 5. ff. de injur. Struv. Synt. Jur. Civ. exerc. 48. th. 61. Mey. ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 4. art. 16. n. 7. Describitur, quod sit actio personalis, Reipersecutoria, Civilis, qua is, cui factum aliquod turpe injuriandi animo objectum est, contra injuriantem agit, ut dicta famosa revocet, injuste prolata fuisse fateatur, adeoque actori laesam quodammodo existimationem aperte restituat. Carpz. in prax. crim. p. 2. qv. 94. num. 50. & seqq. Dissentit Hahn in not. ad Wesenb. parat. de injur. n. 18. qui eam inter extraordinarias persecutiones seu implorationes officii Judicis refert. Non tamen ob omnem injuriam hæc actio conceditur. Primò enim propter realem locum non invenit, *Wurms. lib. 1. obs. tit. 40. obs. 8. num. 1. Berlich. part. 5. conclus. 62. num. 16.* nec secundò ex omni verbali sic agi potest. Nam Injurie verbales, quæ famæ læsionem non respiciunt v. g. si corporis vitium objectum sit, non actione hæc, sed illâ potiùs coërcentur, quâ ad Christianam deprecationem auf eine Christliche Abbitte agimus *Ordinat. Polit. noviss. Elect. Sax. Johann. Georgii II. tit. 5. §. 2. vers.* eine öffentliche Abbitte. *Berlich. p. 5. concl. 59. numer. 18. & conclus. 62. num. 44. Carpzov. in prax. crim. part. 2. qv. 94. num. 18. 19. Mey. ad Jus Lub. d. art. 16. num. 17.* Nec admittitur recantatio, si objectum crimen verum sit. *Berlich. part. 5. conclus. 62. num. 23.* Hæc autem actio famosa non est, Confer *Harprecht ad §. 10. I. de injur. num. 109, 110.* quia moribus & constitutionibus introducta fuit, ubi tamen nunquam pro famosa traditur: Imò neque ad vindictam, sed tantum ad Reipersecutionem.*

nem tendit. Tales autem actiones nunquam infamiam irrogant. Accedit, quod in injuriis recantatoria sit, quod in aliis delictis est Conditio. Jam autem nulla conditio infamat. *per l. 36. ff. de obl. & act.* Consentiant Gail. *1. obs. 65. num. 6. & seqq.* Wesenbec. *part. 1. Conf. 22. num. 25.* Interim negari nequit, parum honorificum esse, per Recantationem hanc se ipsum quasi mendacii arguere. Notum enim est, quod hac ratione Recantantis existimatio apud honestos & graves viros non parum oneretur. Unde vix est, ut ad Recantationem damnatus facti infamiam evitet, praesertim si illa in loco speciali & solenni ratione fiat, ut late post alios Dd. disputat Harprecht *d. s. 10. num. 110. arg. l. 1. pr. ff. de his qui not. infam. l. 7. in pr. ff. de injur. l. 2. ff. de obseq. Par. praest. l. 7. ff. de publ. Jud. Paul. lib. 5. sent. tit. 4. s. 9. 17. 18. & 19. c. cum Te, & ibi Abbas. X. de Rejud.* Sanè apud Saxones propter expressum rescriptum Electorale *de anno 1637* quod apud Carpzovium videri potest *p. 4. C. 42. post defm. fin.* Simpliciter famosa esse videtur, per verba ibi adducta, nicht ohne Verkleinerung des wiederruffenden Theils. Conf. *Mev. p. 3. decis. 30.* Hahn *ad Wesenb. de injur. num. 18.* Et hanc actionem ad Palinodiam in uno eodemque libello cumulari posse cum ea injuriarum civili, quae agitur ad injuriae aestimationem, contendunt vulgò Harpprecht *ad s. 10. Inst. de Injur. num. 70.* Mynsing *cent. 2. obs. 98. num. 9. & 10.* Struve *S. J. C. exerc. 48. th. 16.* imò extendunt etiam ad Criminalem. Mynsing. *cent. 1. obs. 95.* Gail. *1. obs. 65.* quos sequuntur Berlich *p. 5. concl. 62. num. 13.* Anton. Perez. *C. de injur. num. 22.* Carpz. *in pr. crim. p. 2. qv. 94. n. 63.* Mev. *ad Jus Lubecense lib. 4. tit. 4. art. 16. num. 8. 9. 10. & novissime* Heinric. Hahn. *in not. ad Wesenbec. de injur. num. 18.* Struve *S. J. C. exerc. 48. th. 61.* Richter. *cent. reg. jur. reg. 2.* Sed dissentit quoad cumulationem Palinodiae cum actione Civili ad aestimationem Carpzovius *in prax. Crim. part. 2. qv. 95. num. 31. & 32. & in Jpr. for. part. 4. Const. 42. def. 16. per tot.* cujus assertio de jure Saxonico indubia est per Rescriptum Electorale hac de re ad Scabinos Lipsienses insinuatum *de anno 1637.* quod apud Carpzov. *ad d. Const. 42. in fin. legitur.* & novissime approbatum est in *Ordinat. Polit. Johann. Georg. II. tit. Von injurien / Schänden und Schmähen s. 5. vers.* Es hat aber das beleidigte Theil wegen einerley injurien auf den Wiederruff und aestimation der Inju.

Injurien oder eine Geld-Busse/weiln beyderley des Klägers privat inter-
esse concerniret/ und ihme durch den Gerichtlichen Wiederruff alles /
was ihme durch die Schmähung benommen werden wollen / erstattet
wird/zugleich nicht zu klagen/ sondern entweder auf eine Geldbusse/ so er
anders seiner Ehren dardurch gerathen zu seyn/ vermeinet/ oder auf den
Wiederruff die Klage zu richten/das übrige aber wegen der Bestrafung
des Richters Willkühr anheim gestellet bleiben zu lassen zc. Celeberrimam
etiam actionem hodie vulgò putant ex l. Diffamari C. de ingen. ma-
num. ut ab injuriantis judice intra certum temporis spatium inju-
rians adigatur, aut ad convitiü objecti veritatem probandam, aut
ad perpetuum silentium: Sed incommodè id fieri notat Dn. D. Lu-
dovicus Guntherus Martini in comment. forens. ad Ordin. Process. Jud.
Sax. tit. 1. §. ult. num. 4. Et probat Carpzov. lib. 2. Resp. 27. & Mevius
part. 1. dec. 144. & part. 6. dec. 185.

Th. XV. Injuriarü condemnatus præter alias pœnas sustinet quoq;
infamix coërcitione per d.l. 1. pr. ff. de his qui not. inf. d.l. 7. in pr. ff. de in-
jur. l. 7. ff. de publ. jud. §. 2. I. de pœn. tem. litig. l. 18. C. de his qui not. inf.
Berlich part. 5. conclus. 63. num. 1. Welenb. in par. ff. de his qui not. inf.
Harpprecht in §. 10. num. 92. I. de injur. & Schneidvv. ibid. num. 11.
Gail. lib. 1. obs. 102. num. 1. etiam in foro Saxónico, Chilian. König in
process. cap. 58. num. 3. Moller ad Const. Elect. 42. part. 4. num. 17. Ber-
lich dict. conclus. 63. num. 4. Carpzov. in prax. crim. part. 2. qv. 94. n. 67.
& seqq. Qyam tamen evitare Reus civiliter conventus poterit, si
curet ut per procuratorem defendatur. l. 6. §. 2. ff. de his qui not. infam.
Facit ratio in L. 1. C. de sentent. & interlocut. Ludov. Gilhauf. de injur.
& famos. libell. §. 9. num. 50. Schneidvv. ad §. 10. I. eod. num. 12. & ibi
Harpprecht. 129. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 2. th. 20. lit. e.
Carpzov d. qv. 94. num. 82 & 83. Berlich. part. 5. conclus. 63. n. 14. & 15.
Addunt vulgò Interpretes, si ante sententiam definitivam, aut utiqve
ante litem contestatam æstimationem injuriæ solverit, aut actore no-
lente recipere apud Acta eam deposuerit arg. l. 73. de procurat. Gail. 2.
obs. 102. num. 12. Wurmsfer. Pract. tit. 47. obs. 5. num. 7. Welenbec. in
par. ff. de his qui not. infam. num. 9. Carpzov d. qv. est. 94. num. 87.
Berlich. d. conclus. 63. num. 16. Qvod num juri Civili conveniens sit,
certè dubitatur. Confer. Arnold. Vinn. ad §. 10. Inst. de injur. num. 3.

Illud

Illud equidem non ex ratione juris, sed consuetudine receptum est, ut Judex ex causam in sententia sua honorem condemnato reservare possit. Gail. 1. obs. 65. num. 6. Wesenb. in parat. ff. de injur. n. 16. Marq. Frebrius de existim. lib. 3. c. 8. & seqq. Moller. ad Const. Elector. Sax. 42. part. 4. num. 17. Harpprecht. ad. d. §. 10. I. de injur. num. 117. Berlich. part. 5. conclus. 63. num. 33. Carpzov d. qvæst. 94. num. 78. & 79. Qvod tamen nos duntaxat ad Judicem, à quo appellari non potest, restringimus. Cujusmodi est Camera Imperialis, quamvis etiam Judices inferiores sibi eam potestatem attribuunt. Berlich. part. 5. conclus. 63. num. 39. Atque hoc, quod ita usurpant iniquè eos facere putat Vultej. ad §. 7. I. h. num. 9. tum quia ejus honori parci non debet, qui petulanter alterius honori insultare non erubuit; tum quia nihil quicquam causæ est, cur in hac actione honos condemnato reservetur, in aliis actionibus famosis non reservetur, cum nulla sit, in qua minus reservanda fuerat, præsertim in injuriis atrocioribus, si reales sint, et si scriptæ, & maximè publicè editæ & latæ. Machiav. lib. 3. de Republ. Gilhaus. in Arbor. judic. crim. cap. 2. tit. 34. §. 7. num. 15. Moller. ad Const. Elect. 42. part. 4. num. 21. Berlich. d. l. num. 40. Huc etiam refert Wesenbec. in parat. ff. h. d. num. 16. quandò Judex gravio- rem pœnam ultra Legem positam inferendo existimationem con- servat, quasi sententia de existimatione ejus transactum sit. l. 13. §. pen. de his qui noi. infam. l. 4. C. eod. Vid. Vinn. ad d. §. 10. num. 3. de injur. Berlich. conclus. 63. num. 25. Struve S. J. C. exerc. 7. th. 23. Carpzov. in pr. crim. qv. 94. num. 79. & 80. Et evitatur infamia, si autoritate Magi- stratus super injuriis illatis transigat & paciscatur injurians. Berlich. d. conclus. 63. num. 12. v. 24. Wesenbec. in parat. ff. de his qui noi. infam. num. 9. vel etiam si injurià levis & modica sit c. cum te. 23. vers. nos autem considerantes. 5. x. de sent. & rejud. l. Divus. 40. ff. de in integr. res- tit. & l. si oleum §. ult. & l. seq. ff. de dol. mal. Berlich. d. conclus. 63. n. 13. Carpz. d. qv. 94. n. 73.

TH. XVI. Notandum etiam, quòd si quis aliquem intra pacis edi- ctum vulneraverit, nisi quod in duello & vitam suam defendendo hoc fecerit, provocaverit, manus ei amputetur c. un. in pr. vers. si quis ali- um. 2. F. F. 27. Et quidem ea ipsa, quâ deliquit Gothofr. ad d. c. un. 2. F. F. 27. Verùm hoc jus hodiè non servatur, sed pro ejusmodi injuriis etiam

etiam criminaliter intentatis potest Judex pro arbitrio suo, consideratis circumstantiis, poenam imponere & regulariter vel pecuniariam fisco applicandam vel corporalem; quod tamen etiam regulariter pro injuriâ reali fieri notat Schneidvv. *ad §. 10. I. de injur. n. 6. 7.*

Th. XVII. De Jure Saxonico, si quis propter injuriam illatam criminaliter egerit, tunc aut injuria est atrox & realis, quod casu si vulnera ex dolo sunt inflicta Reus amputatione manus coercetur. Landr. *lib. 2. art. 16. ibi: Wer den andern lahmet oder verwundet/ wird er das überwunden / schlägt man ihm die Hand ab. ubi glossa Latin. ad text. German. lit. C. in pr. Weichbild art. 80. Matth. Coler. part. 1. decis. 161. num. 36. Rotschitz. in process. part. 2. art. 2. num. 1. Berlich. part. 5. conclus. 81. num. 42. & seqq. Carpz. in prax. crim. part. 2. qv. 99. num. 8. & quidem quia delictum commisit ut ibi. antecedenti dictum vide Schneidvv. *ad §. 10. num. 9. I. de injur. Berlich. d. conclus. 61. num. 46.* Aut injuria est verbalis, vel levis realis & propter actionem criminalem poena est XXX. solidorum. Chilian König *in process. cap. 58. num. 6. cap. 138. num. 6. Berlich. part. 1. concl. 61. num. 15. & 33. Carpz. in pr. crim. part. 2. qv. 99. num. 9. Exceptis rusticis quibus quindecim duntaxat solidi sufficiunt. Schneidvv. *ad §. 8. I. de injur. n. 5. Berlich. d. conclus. 61. num. 21. & 34. Carpz. d. qv. 99. num. 10. Sed judici hoc casu in Civitatibus nach Weichbild octo solidi: In pagis verò nach Landrecht tres solidi mulctæ nomine debentur. Landr. lib. 3. art. 16. sub fin. vers. von Schuldheissen wetten. Berlich. d. conclus. 61. num. 26. & seqq. Carpz. d. qv. 99. num. 10. Solidus autem Saxonibus est ein Schillingpfennig/ valens XII. denarios antiquos vel XVI. novos, ut ita XXX. solidi conficiant XL. grossos argenteos. Landr. lib. 2. art. 6. pr. & lib. 1. art. 16. Ubi si Actor talem poenam recusat & majorem appetit, utraq; privatur, ita enim Saxo. So er aber die Bussse vor Gerichte verspricht/ und will eine höhere haben/ so bekömmt er keine/ sondern verliert sie beyde. Schneidvv. *ad d. §. 7. I. vid. Wefenbec. in par. ff. de injur. num. 17. Verum hodiè id omne est mutatum. per Const. Elect. Augusti 42. p. 4. ibi wir wollen auch 1c. & Ord. Polit. Johann. Georg. II. Tit. von Injurien/ Schänden und Schmähzen/ §. 4. vers. Wir wollen auch hiermit die Verordnung und Sazung des Sächsf. Rechts in Injurien-Sachen/ der 20 Schilling nochmals aufgehoben/ und unsere Constitution wiederhöhet 1c. Et utrobique etiam in realibus effecta est ob actionem eti-****

C

am

am criminaliter intentatam poena arbitraria. Berlich. *d. conclus. 61. n. 53. & seqq.* Carpz. *p. 2. pr. crim. qv. 99. num. 12. & seqq.* Regulariter enim injuriarum reus præter Recantationem carcere vel relegatione aut multa pecuniaria, quin & pro qualitate injuriarum & ratione personarum, locorum, & aliarum circumstantiarum fustigatione cum perpetua relegatione puniri potest, *Ord. Polit. Sax. Elect. Johann Georg. II. Tit. Von Injurien/ Schmähen und Schänden §. 3. vers.* Darüber aber/und darneben soll auch solcher muthwilliger Schänder und Injuriant willführlichen entweder mit einer hohen Geld-Busse oder Gefängnis/oder zeitlicher Verweisung/oder auch nach Belegenheit der Personen/ Zeit/ oder Derter und anderer Umstände mit Straupenschlagen/ des Landes ewig verwiesen werden/de qvō Berl. *d. conclus. 61. n. 50. & seqq.* Carpz. *in pr. crim. d. qv. 99. per tot.* & D. D. Philippi *in usu pract. Just. ad l. 4. tit. 4. el. 22. per tot.* Idem probat *Jus Lub. Lib. 4. tit. 4. art. 5. ubi Mevius, & art. 11. per tot. ibiqz, Mev.*

TH. XIIIX. Communissima etiam omni foro hodiè maximè frequentata est poena injuriarum, quæ ex arbitrio Judicis dependet, etiam tum, cum actio injuriarum criminaliter est intentata. Judex enim ex officio suo perponderatis circumstantiis pro injuria verbalis criminaliter instituta regulariter potest reo imponere poenâ fisco applicandam, vel pro injuria reali atroci criminaliter accusata interdum corporalem & fustigationem *l. fin. ff. de injur.* qvō de thesi antecedenti, non verò poenam mortis regulariter imponit, exceptio est, ubi circumstantiæ factum aggravant, veluti, si quis Magistratum vel Judicem in loco Judicii percusserit, qvō de Carpz. *in prax. crim. part. 2. qv. 100. per tot.* Berlich. *p. 5. conclus. 66. per tot.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 4. art. 8. per tot.* vel Pastorem ad altare sacrâ parantem vulneraverit *l. 10. C. de Episc. & Cler. Marant. in aur. spec. qv. 3. n. 2. limit. n. 17.* Menoch. *arbitr. jud. qv. lib. I. cas. 86.* Finckelthuf. *obs. 72.* quibus in casibus omninò poena injuriarum usq; ad mortem extendi potest *arg. l. 1. §. 1. ff. de effract. l. 11. pr. ff. de poen. l. 4. ff. de custod. & exhib. reor. Gomez h. t. n. 8.* Heig. *ad §. 10. I. de injur. n. 6.* Carpz. *d. part. 2. qv. 94. n. 46. & 47.* Mev. *ad Jus Lubecens. lib. 4. art. 1. tit. 4. n. 8.* Qvōd si verò injuriarū civiliter sit actum, infligenda erit à Judice poena prætoria cum Palinodia conjuncta Carpz. *pr. crim. p. 2. q. 94. n. 32. & seqq. & Jpr. for. p. 4. C. 42. def. 1. n. 6. & seqq.*

SOLI DEO GLORIA!

Dum tu MARTINI, Fratris vestigia calcas;
Efficis ut FRATRI gratuler atqve TIBI.
Fridr. Geißler/Sil.Phil. & J.U.D. ac P.P.
Academiae h.t. Rector.

Scazon.

IN JURIARUM sint licet modi mille,
Astræa virgo scit tamen modos mille,
Quibus coercet. Quos & ipse MARTINI
Evolvit omnes. Perge, perge, MARTINI,
Ut colloceris, quò Duces præiverunt
Ingensqve Cæsar cumqve Bartholo Baldus,
Et ipse nuper FRATER evehebatur.

Affectus testandi causâ appos.

Præside.

Non frustra rigidis miens desudat in armis:
Non frustra liqvidas navita sulcat aqvas.
Nec frustra tarimus spaciola volumina juris:
Martinum testem nuncupat hiee dies.
Mars & Neptunus ut sunt Ammone minores:
Sic illi quàm Tulucra minora ferent.

D. C. T. Romanus.

Didum quæ FRATER coluit *Studia atqve Labores*
Martini seqveris; ominor inde Tibi.
Egregios ausus post hosce seqvuntur honores
Illius: hoc voveo; Faxit id ipse *Deus*!
Georg Conrad Schuster.

Madrigal.

As heilge Recht
Ist läster. Zungen seind
Und läst Verleumbdungen nicht ungestraffer, bleiben.
Von dieser hat Er etwas wollen schreiben/
Gehrter Freund/

Auf

Auf daß Er seinen Fleis/
Der Ihm das Rechte recht bekand gemacht/
Der Vater Stadt bezeuge,
Nun wohl er steige
Auf Themis-Thron
Als ihr geliebter Sohn,
So wird ihr grüner Ehren-Reiß
Umb seine Schläfe blühend stehen:
So wird sie seinen Ruhm nach seinen Wunsche erhöhen.
Mit diesen wenigen wolte seinem werthgeschätzten
Freunde und Hn. Landesmanne glück-
wünschend dienen

Carl Friederich Happe.

Hactenus ingenium studii sudore subactum
Luxuriat fructu, gratulor ergo Tibi.

M. Fridericus Gvillhelmus Tüchel/J.U.C.

A & Q.

So gleich das weiße Mondgesicht
Pfleget mit entlehnten Strahlen
Und einem uns zwar näherm Licht
Den Himmel schön zu mahlen/
Dennoch der Sonnen güldene Pracht
Sich zu der Sternen Crone macht/
Gleich so auch an dem Jugend-Zelt
Gerechtigkeit die Cron erhält.
Denn ob zwar ieder Jugend-Zier
Was köstlich in sich heget/
Doch flammt fürnehmlich dis herfür
So Schwert und Wage trägt/
Und kan derselben Krafft und Schein
Uns sonders hold und gützig seyn/
So daß das Urtheil immer fällt;
Gerechtigkeit die Cron erhält.

Wenn nun nach diesem Aufenthalt
Und Wohnplatz alter Tugend
Das feurige Geblütze wält/
Das stracks in zarter Jugend
Er ihr sein ganzes Sich verspricht
Indem glüht an ein Tugend-Licht/
Und weist daß sey fest geställt;
Gerechtigkeit die Cron erhält.
Drümb icht auch/ werthgeschätzter Freund
Afräen ganz beginnen
(Weil Er so treulich Sie gemeint
Gewiedmet Ihr die Einnen)
Zielt wie Sie Ihn als ihren Sohn
Hecrdn mit Ehren-vollen Lohn
Und weise daß doch in der Welt
Gerechtigkeit die Cron erhält.

Hiermit wolte gegen seinen Hochgeehrten Herren
Landsmann seine Schuldigkeit abtogen


Johann-Willhelm Magen.


L Ipsa quæ docuit Te juris munera, ibidem
Divulgas, Factum, Frater amande, probo.


Ernestus Conradus Martini.

✽(o)✽











etiam criminaliter intentatis potest Judex pro arbitrio
ratis circumstantiis, pœnam imponere & regulariter
am fisco applicandam vel corporalem, ; qvod tamen et
ter pro injuriâ reali fieri notat Schneidvv. *ad S. 10. I. de*

Th. XVII. De Jure Saxonico, si quis propter inju
criminaliter egerit, tum aut injuria est atrox & realis, c
nera ex dolo sunt inflicta Reus amputatione manus co
*lib. 2. art. 16. ibi: Wer den andern lahmet oder verwunden
überwunden / schlägt man ihm die Hand ab. ubi glossa
German. lit. C. in pr. Weichbild art. 80. Matth. Coler. p.
num. 36. Rotschitz. in process. part. 2. art. 2. num. 1. Berli
clus. 81. num. 42. & seqq. Carpz. in prax. crim. part. 2. qv
quidem qva delictum commisit ut ib. antecedent
Schneidvv. *ad S. 10. num. 9. I. de injur. Berlich. d. concl
Aut injuria est verbalis, vel levis realis & propter actio
lem pœna est XXX. solidorum. Chilian König in
num. 6. cap. 138. num. 6. Berlich. part. 1. concl. 61. num. 13
in pr. crim. part. 2. qv. 99. num. 9. Exceptis rusticis qvib
duntaxat solidi sufficiunt. Schneidvv. *ad S. 8. I. de inju
d. conclus. 61. num. 21. & 34. Carpz. d. qv. 99. num. 10.
casu in Civitatibus nach Weichbild octo solidi: In p
Landrecht tres solidi multæ nomine debentur. Landr. li
fin. vers. von Schuldheissen wetten. Berlich. d. conclus. 61. n
Carpz. d. qv. 99. num. 10. Solidus autem Saxonibus est
pfennig/ valens XII. denarios antiquos vel XVI. novos.
solidi conficiant XL. grossos argenteos. Landr. lib. 2. art
art. 16. Ubi si Actor talem pœnam recusat & majorem a
privatur, ita enim Saxo. So er aber die Busse vor Geri
und will eine höhere haben/ so bekömt er keine/ sondern ve
Schneidvv. *ad d. S. 7. I. vid. Wesenbec. in par. ff. de
Verum hodiè id omne est mutatum. per Const. Elect. d
ibi wir wollen auch re. & Ord. Polit. Johann. Georg. II. J
rien/ Schänden und Schmähen/ S. 4. vers. Wir wollen
Verordnung und Sakung des Sächs. Rechts in Inj
der 20 Schilling nochmals aufgehoben/ und unsere Const
hölet re. Et utrobique etiam in realibus effecta est ob****

